

[Szczawin?]<sup>1</sup>, [początek lipca, po 31 czerwca–przed 10 lipca] 1414<sup>2</sup>

*Król Władysław [Jagiello] w odpowiedzi na pismo wielkiego mistrza zakonu krzyżackiego Michała Kūchmeistera stwierdza, że ten nie chce pokoju pomimo ustaleń powziętych na osobistym spotkaniu władców, które odbyło się dwa tygodnie po minionej Wielkanocy [pod Raciążkiem] oraz pomimo postępowania polubownego przed królem rzymskim i węgierskim Zygmuntem [Luksemburskim], które jednak nie zakończyło się rozstrzygnięciem. Strona krzyżacka popełnia liczne wykroczenia przeciwko postanowieniom [pierwszego] pokoju toruńskiego i innych, wcześniejszych, porozumień pokojowych i rozejmowych. Poddani polscy ponoszą w związku z tym liczne szkody. Ostatnio skonfiskowano im w Nowej Marchii ładunek drewna przeznaczony na sprzedaż, splawianego [Wartą]. [Król] odpiera zarzuty, że przygotowuje się do wojny z krzyżakami, gdyż zawsze dążył do pokoju. Wiadomo mu natomiast o krążących pogłoskach, że do wojny przygotowuje się wielki mistrz.*

**Oryg.:** GSPK, XX. HA, OBA, nr 2097, pap., lac., wym. 308 × 383 mm, zaplamienia i nieliczne przetarcia oraz ubytki, in dorso resztki zamykającej list pieczęci wystawcy w czerwonym wosku (wosk przez papier, wnioskując z wymiarów chodzi tu o pieczęć Władysława Jagielly o śr. 28 mm; zob. GumowskiPieczęcie, s. 14, 15, nr 16; Pieczęcie, s. 14; HlebionekKatalog, s. 105, 106), kustodii i papierowego paska zabezpieczającego pieczęć brak, obszerna nowożytna notatka w języku niem. o treści listu, stara sygnatura, zapewne dziewiętnastowieczna notatka o dacie rocznej listu: 1414, prostokątna pieczęć archiwum królewieckiego.

**Kop.:** GSPK, Ordensfoliant 9, s. 52–54 (obecnie nieistniejąca); jej regist: GSPK, Findbuch 66, s. 74, 75.

**Reg.:** Skarbięc, t. 2, nr 1056; RHD, nr 2097 (na podstawie oryg.), 2121 (na podstawie kop.), SzwedaListy, s. 265.

**Uw.:** List został spisany tą samą ręką i takim samym atramentem, co list króla do Fryderyka Hohenzollerna z 19 czerwca 1414.

**Adres [in dorso]:** <sup>a</sup>Venerabili et religioso <sup>b</sup>Michaeli Cochmeister Ordinis Beate | <sup>c</sup>Marie Domus Theutonicorum de Prussia magistro generali<sup>3</sup>.

<sup>d</sup>Wladislaus Dei gracia rex Polonie <sup>e</sup>Lythwanieque | princeps suppremus et heres Russie etc.

<sup>f</sup>Venerabilis et religiose vir! Jam iterata vice nobis scripsistis unius et eiusdem tenoris duplicatas litteras reducentes | nobis ad memoriam, qualiter post terminum placitorum XIII diebus post festum Pasce nuper habitorum [22 kwietnia 1414]<sup>4</sup>, taliter separati fuerimus, | quod iusticia et juris ordine mediantibus, ex quo materies causarum inter nos hincinde expositarum amicabiliter in convencionibus | predicto tempore celebratis non potuimus complanare, debuimus diffinire et contenti stare, in hiis que juris ordine inter nos fuissent declarata. Ubi eiam inter eadem scripta vestra scribitis, quod vos amicabiliter omnia facta graciosius nobiscum voluistis componere, quam juris observancia mediante et adhuc scribitis, quod essetis parati ad hoc idem faciendum etc. Verum est, quod hec vestra oblacio, quam nobis exhibuistis ad hoc nos induxerat, quod vobiscum terminum placitorum et convencionis XIII diebus post festum Pasce, ut premissum est, statueramus pro firmo et constanti tenentes, quod medium controversiarum et causarum inter nos subortarum, tunc debuit inveniri, eaque que pacis sunt et non afflictionis cogitantes, fatigas et impensas cum coaditoribus nostris non modicas subivimus, claro corde eorundem iurgiorum inter nos vertencium disturbia potius amicabili compositione, quam iudicii ordine sopire satagentes, et quamvis summa diligencia nobis tunc adheserat, eadem facta nostra per sinceritatem vobiscum componere, ut prefertur,

tamen non apparuit nobis et nostris, quod vos et vestre aliquem finem efficacem nobiscum voluissetis mancipasse, habentesque in eo formidinem, quod in nostris et vestris consiliariis, quos ad sopiendum easdem causas alterutrim locaveramus, defecisset aut deficere debuisset, quod ex ipsorum defectu facta causarum inter nos currencium ad unionem debitam venire potuissent cum diligenti ardore. Ymmo cum quadam singulari exultacione vobiscum post predictum terminum placitorum convencionem fecimus, in qua, tamquam amico singulari, quem ad pacis dulcedinem aspirare credebamus, mentem nostram effudimus, difficultatibus amputatis, que federa per nos concupita debebant perturbare, et adhuc pro pace et unione inter nos firmanda deliberaveramus, profundius secreciora cordis nostri vobis detegere, sed ex quo vidimus, quod ea que vobis effudimus grata et accepta non firmiter et pro ludibriis habebantur. Extunc cogitavimus, quod vani laboris foret, si plura vobis debuissimus revelare, et demum sencientes, quod amicabilem compositionem a vobis consequi non valuimus, necessario putavimus juris remedia ~~quiritare~~ et iusticie refugia nobis in auxilium quiritare, et ad temptandum terminos, que <sup>(nun<sup>g</sup>)</sup>c pendebant per compromissum in serenissimum principem dominum Sigismundum Romanorum et Hungarie regem<sup>5</sup> factum, nostros procuratores expediveramus, qui constanter et sollicite coram subdelegatis domini regis Romanorum predicti eosdem terminos attemptabant<sup>6</sup>. Ubi tamen in causis eisdem nullum finem habere potuerunt et sic cause nostre, que per compromissa ad cognicionem domini regis Romanorum et eius subdelegatorum fuerant devolute, manserunt et manent indiscusse. Item scribitis, quod a concordia facta in Thorun<sup>7</sup> et a pronuncciatione etc. nolletis recedere, cum tamen per vos, antecessores vestros et Ordinem non tamen a Thorunense, sed et ab aliis omnibus tempore nostri et predecessorum nostrorum <sup>(factis concordiiis<sup>h</sup>)</sup> est recessum, et omnes concordie et pronuncciationes nobis sunt violate, et prout cognitum est Deo et multis hominibus fidedignis, quod temporibus treugarum, federum et inscripcionum nobis, coadiutoribus nostris et subditis magna et infinita dampna sunt facta et vastaciones incendia, depopulaciones, cedes mercatorum nostrorum, hostiles cum banarriis extensis et erectis per terras et dominia nostra discursus, et contumelie gravissime ac alia sunt commissa infinita dispendia. Ymmo et post convenciones nuper habitas subditis nostris, nobilibus et civibus Ordinis vestri subditi struges lignorum infra fluitantes cum nonnullis aliis bonis et mercanciis in Nova Marchia receperunt<sup>8</sup>, pro quibus, licet vobis frequenter scripserimus, nullam a vobis super hiis recepimus responsivam, et pro aliis omnibus equalitatem per amicabilem compositionem, non sine mansuetudine, querebamus usque modo et adhuc condignas equalitates non subterfugimus. Item scribitis, quomodo ex communi fama intelligeretis, quod nos cum adiutoribus nostris vos impetere et invadere deberemus etc. Sciatis hoc pro re certa, quod ad nos veniunt fame similes et certissime, qualiter vos ~~co~~ similiter, coadiuvatis vobis diversis auxiliis stipendiariorum, velletis Regnum nostrum invadere, prout alias impetitum fuerat et invasum, sed illud scire poteritis, quod nos valde multas iniurias, displicencias et dampna a vobis, Ordine et antecessoribus vestris sustulimus, nunquam tamen pro gwerras vobiscum aliquas volumus attemp<sup>(tar<sup>i</sup>)</sup>e, sed semper federa et pacem in mansuetudine quesivimus. Si quid <sup>(au<sup>j</sup>)</sup>tem contra nos facere volueritis, aut quam erga nos geritis voluntatem, nos de eo velitis celerius informare. Nos autem, si aliqua contra vos facere vellemus, erga vos nobis cavebimus. Datum in Chswin<sup>k9</sup> villa nostra anno Domini millesimo quadringentesimo quarto decimo.

Ad relacionem venerabilis domini Dony n Sedis Apostolice prothonotarii, | Regni Polonie vicencancellarii<sup>10</sup>.

<sup>a</sup> Inicjał wysokości ok. 5 wersów.

<sup>b</sup> Inicjał wysokości ok. 1,5 wersu.

<sup>c</sup> Inicjał wysokości ok. 4 wersów.

<sup>d</sup> Jw.

<sup>e</sup> Inicjał wysokości ok. 2 wersów.

<sup>f</sup> Inicjał wysokości ok. 8 wersów.

<sup>g</sup> Ubytek karty, tekst uzupełniony.

<sup>h</sup> Nadpisane ze znakiem wstawienia.

<sup>i</sup> Ubytek karty, tekst uzupełniony.

<sup>j</sup> Jw.

<sup>k</sup> Tak oryg., z ze znakiem abrewiacji kontrakcyjnej.

<sup>1</sup> Hipoteza dotycząca miejsca wystawienia zob. SzwedaListy, s. 265.

<sup>2</sup> Orientacyjna data wystawienia listu zob. *ibidem*.

<sup>3</sup> Michał Kūchmeister von Sternberg, wójt Nowej Marchii 1410, wielki marszałek 1411–1414, wielki mistrz 1414–1422, komtur gniewski 1422, zm. 1423 (W. Nöbel, Michael Kūchmeister. Hochmeister des Deutschen Ordens 1414–1422, Marburg 1969; Hochmeister, s. 119–121; Jähnig, s. 290, 292, 303, 318; Heckmann, s. 152, 210, 396, 405, 555).

<sup>4</sup> Król trochę „zaokrąglił datę”, ponieważ osobiste spotkanie z wielkim mistrzem odbyło się w rzeczywistości dniach 2–5 maja 1414, a poprzedził je zjazd w Grabiu dostojników krzyżackich i polskich w dniach 24–30 kwietnia 1414 (SzwedaOrganizacja, s. 381, 382).

<sup>5</sup> Zygmunt Luksemburski, syn cesarza Karola IV Luksemburskiego i Elżbiety Pomorskiej, elektor brandenburski od 1378, król węgierski od 1387, król niemiecki od 1410, książę Luksemburga od 1419, król włoski od 1431, cesarz rzymski od 1433, król czeski od 1419, zm. 1437 (J.K. Hoensch, Kaiser Sigismund. Herrscher an der Schwelle zur Neuzeit (1368–1437), München 1996; S. Wefers, Das politische System Kaiser Sigmunds, Stuttgart 1989; Sigismund von Luxemburg. Ein Kaiser in Europa, hrsg. von M. Pauly und F. Reinert, Mainz 2006; Kaiser Sigismund (1368–1437). Zur Herrschaftspraxis eines europäischen Monarchen, hrsg. K. Hruza, A. Kaar, Wien–Köln–Weimar 2012).

<sup>6</sup> Chodzi o końcowy etap postępowania polubownego przed Zygmuntem Luksemburskim, proces budziński która rozpoczął się 12 maja 1414, a został przerwany 13 czerwca, zob. Z.H. Nowak, Międzynarodowe procesy polubowne jako narzędzie polityki Zygmunta Luksemburskiego w północnej i środkowowschodniej Europie (1412–1424), Toruń 1981, s. 43–46.

<sup>7</sup> Toruń (niem. Thorn), miasto, gmina loco, powiat toruński, woj. kujawsko-pomorskie, w państwie krzyżackim siedziba komturii.

<sup>8</sup> Zob. nr 45.

<sup>9</sup> Zapewne Szczawin, wieś, gmina Zgierz, powiat zgierski, woj. łódzkie.

<sup>10</sup> Donin ze Skrzyńska i Wistki h. Łabędź, pisarz królewski od 1404, sekretarz królewski 1410–1412, podkanclerzy Królestwa Polskiego 1412–1418, prałat i kanonik licznych kapituł (PSB 5, s. 471, 472; UC, s. 51, 106, 203; SułkowskaDokumenty, s. 209, 210; KrzyżaniakowaKancelaria, s. 63–68; M. Czyżak, Kapituła katedralna w Gnieźnie w świetle metryki z lat 1408–1448, Poznań 2003, s. 323–324).